

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1750

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369547365

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369547365|LOG\\_0164](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369547365|LOG_0164)

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

Cardamomum adcedentis, hæc autem massa luteum medium pistillum ambit. Fructus hi eduntur ad claram formandam vocem, quum per totam cantare noctem oportet.

N. B. Hujus plantæ Figura supra Tab. 59. fig. 2. reperitur delineata.

### CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

#### *Globba acris. Pannas.*

**Q**uartæ Globbæ species hic exotica est, unde ejus descriptionem ex aliorum relatu proponam, ex qua tamen patet, maxime convenire cum *rubra Globba durioen*. Planta ipsa quoad caules ac folia cum ista *Globba durioene* convenient, ac fructus in simili crescunt brevi Hypophyto, paulo majores quam in *Globba durioene*, non rubri, sed pallide albi, seu flavescentes, cæterum trigoni quoque, & curtis spinulis obsestii. Interna ipsorum medulla acrem & fervidum gerit saporem fere instar Zingiberis, qui etiam percipitur in fructus pelliculis, & caulis parte interna, unde nulla hujus plantæ pars cruda edi potest, sed condimento inservit, reliquum commune est cum ista *Globba*.

**Nomen.** Latine *Globba acris*, ab acri ejus sapore, in Maccassara & Malaise *Pannas*, forte eandem rationem, denotat enim acre.

**Locus.** In Amboina ignota est hæc planta, sed copiose crescit in Celebe post Maccassaram in vicinis montibus, unde rustici eam in urbem deferunt, & vendunt. In Boetona etiam obcurrit, ubi binæ ejus sunt species, una *Romba*, altera *Coutupi* dicta, quæ ambæ cum radicibus transplantari possunt, contra in utrisque istis regionibus vera non reperitur *Globba*.

**Usus.** Baccæ totæ in frusta scinduntur, & aceto coniunctur, quod gratum est *Atsjar*. Simili quoque modo conditur interna caulin pars, ex qua folia excrescent, quæque etiam *acris* est.

### CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM.

#### *Globba silvestris. Globba utan.*

**P**ræter quatuor dictas usuales species, quædam silvestres etiam reperiuntur *Globba* species, parvi licet usus, has tamen hic commemorare volui, potissimum ob elegantem ipsarum formam, ac dividuntur in majorem & minorem.

**Primo.** *Globba silvestris major* est planta, quæ proprie *Globba utan*, ac vulgo *Lancquas lacki lacki* dicitur, h. e. *Galanga mas*. Estque maxima & altissima omnium *Lancquarum*, & *Globbarum* specierum, mixtam gerens formam *Folii mensarii*, *Galangæ*, & *Globba*.

Ejus radix major & crassior est quam in ulla Galanga, transversaliter per terram repens, sed potissimum componitur ex magnis tuberibus, quæ inferius curtis & crassis segmentis sibi adhaerent, interne succosiora, minus fibrofa, ac molliora quam in Galanga, ac fatua, nec ullo modo aromatica, ex iis multæ dependent crassæ fibrillæ, minimum digitum crassæ, profunde in terram penetrantes, multis minoribus obductæ fibrilis. Magnum in terra format stolonem, & ubique tot emittit crassos caules, ut ingentem & densum quasi formet fruticem. Majores caules ac stolones inferius Cepaceum gerunt bulbum, pugni magnitudine, qui transversali incumbit radici, atque ex eo siccum excrescit folium instar *vaginæ*, uti in teneris arundinibus, caules ad unam partem involvens.

**Caudex** ipse rectissimus est & firmus, a quatuordecim ad octodecim pedes altus, viridis, inferius binos pollices, seu infantis brachium crassus, ex rotundo planus, binis obtusis dorsis auctus, a radice sex pedes nudus, dein folia progerminant alternata, ex ictis dorsis ortum ducentia, & inclinantia.

Hæc

nen staan rondom een geel middelpilaartje. Zy werden gegeten om een beldere stem te maken, als ze gebeele nagen moeten zingen.

**N. B.** De Figuur van deze plant wert boven op de 59. Plaat fig. 2. afgetekent gevonden.

### TWEE EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

#### *De scherpe Globba.*

**H**et vierde geslagt van *Globba* is hier te Lande vreemd, dierbalven ik zyne beschryving maar uit het verhaal van anderen zetten moet, waar uit blykt, dat ze meest met de rode *Globba durioen* overeen komt. Het gewas van steelen en bladeren is de voornoemde *Globba durioen* gelyk, en de vrugten wassen ook aan diergelyk kort *Hypophyton*, wat groter dan de voornoemde *Globba durioen*, niet rood, maar bleek-wit, of geelagtig, anderzijds mede drieboekig, en met korte stekeltjes bezet. Het binnenste pit heeft een scherpen en beten smaak, bykans als Gember, den welken men ook gevoelt in de schalen van de vrugt, en het herte van de steelen, daarom men niets daar van rauw eeten kan, maar werd tot het inleggen gebruikt, de rest heeft het met de voornoemde *Globba* gemeen.

**Naam.** In 't Latyn *Globba acris*; van zyn scherpe smaak, op Macassar en Maleits *Pannas*; misschien om de zelve reden, want het beduidt heet.

**Plaats.** In Amboina is het onbekent, maar veel waft het op Celebes agter Macassar in 't naaste gebergte, van waar het de Boeren in de stad te koop brengen. Men vindt het ook op Boeton, alwaar ze twee soorten hebben, de eene *Romba*, en de andere *Coutupi* genaamt, die zig beide met de wortelen verplanten laten, daar en tegen op beide die landen heeft men de regte *Globba* niet.

**Gebruik.** De beziën met schel en al snydt men klein, en legt ze in azijn, 't welk een aangename Atsjar geeft. Op gelyke wyze werd ook ingelegt het pit uit de grote steelen, daar de bladeren aan staan, 't welk mede scherp van smaak is.

### DRIE EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

#### *De wilde Globba.*

**B**ebalven de vier voornoemde gebruikelijke geslagten heeft men nog eenige wilde soorten van *Globba*, die wel klein van gebruik zyn, evenwel heb ik ze albier willen aanroeren, meest om haer fraaje gedaante wille, men verdeelt ze in grote en kleine.

**I.** *Globba silvestris major*, is de plante, diewelcken eigentlyk *Globba utan*, in 't gemeen *Lancquas lacki lacki* noemt, dat is *Galanga mas*, de grootste en boogste onder alle *Lancquas* en *Globbas*-geslagte, dragende een gemengde fatzoen van *Folium mensarium*, *Galanga*, en *Globba*.

Dewortel is grover, en dikker dan aan enige *Galanga*, dwars in de aarde kruipende, dog zy bestaat meest uit groote bollen, diewelke beneden met korte en dikke balsen aan malkander hangen. Binnen sappiger, min dradig, en weeker dan aan de *Galanga*, slap, zonder enige sperryagtigheid, daar aan hangen vele grove vazelingen, wel een pink dik, diep in de aarde gaande, en met veel mindere vazelingen bebangen. Zy maakt een groote stoel in de aarde, en schiet overal zoo vele dikke steelen uit, dat het een groten en digten struik maakt. De hoofdstelen of stammen hebben beneden een ajuinagtigen bol, zoo groot als een vuist, diewelke op de dwerswortel rust, en uit dezelve een droog blad als een schede, gelyk de jonge Bamboesen hebben, den stam aan eene zyde bekleedende.

**Den stam** zelfs is zeer regt en stijf, van veertien tot agtien voeten hoog, gras-groen, beneden twee duimen of een kinds arm dik, uit den ronden wat plat, met twee stompere ruggen, van de wortel wel zes voeten bloot. Daar na beginnen de bladeren verwisselt boven malkander, uit de voornoemde ruggen ontspringende, en na malkander gekeert.

Deze

Hæc similia sunt *Folio mensarii*, tres pedes longa, ultra binas palmas lata, inferius crasso rotundo nervo aucta, qui ipsi folio adcumbere videtur, ac superne angustum format canalem, estque porro folium tenuer, glabrum, multis paralelis venulis transversalibus per-textum, quæ prope oras sursum incurvantur, & in superiori folii parte subtilia formant dorsa, in inferiore autem subtilem fulcos, juxta quos folium facile etiam finditur instar Musæ folii.

Suprema caudicis pars terminatur in alium caulem, tres spithamas longum, ac pennam crassum, in articulos distinctum, quorum quis nodus angustum gerit folium Cymbæ forme, superne excavatum coloris obscure rubentis.

Inferiores articuli ipso destituuntur, in cæteris planum reperitur germen, binos digitis articulos longum, inferius glabrum, superiorius rugosum, seu squamosum, & in summo floris rubri gerit formam, sed non ample aperti, in posteriore hujus squamosi germinis parte verus excrescit fructus simplex, raro geminus, & erectus, magnitudine ovi columbini, aliquando parum trigonus, rubens, ac superiorius emarginatum & incurvum sustinens florem, qui nunquam decidit.

Sub exteriore molli putamine gleba reperitur ex tribus segmentis composita, quorum quodvis nigra grana compressa instar Globbarum continet, sicca, mucosa, & flava farina conspersa, saporis ingratia.

*Nomen.* Latine *Globba silvestris major*, sive *Galanga mas*; Malaise *Globba utan besaar*, seu *Lancquas lacki lacki*; Amboinenes confundunt eam cum præcedenti, & vocant *Annipa waccan majus*, quod nomen commune est cum *Bangle Malacca*; Javanice *Pacolang*; Macassarice *Catimban*, commune nomen cum prædenti *Globba uviformis*.

*Locus.* Crescit ad oras levium silvarum, & ad pedes montium anteriorum, tam in Amboina quam in Celebe.

*Urus* ejus nullus notus est, nisi quod folia integra sumantur, & supra ignem calefaciant, ut lentescant, quibus Oryza cocta inpingitur forma oblongorum pulvinarium, quæ *Pali pali* vocantur, & qualia venalia prostant.

Secundo. *Globba silvestris minor*, sive *florida*, modo crescendi cum præcedenti maxime convenit, excepto quod ejus folia sunt magis vaga & angustiora, illis vulgaris *Globba* similia, sed inferius acutiora sunt, ac proinde cum illis *Foli mensarii angustifolii* convenient, quod Amboinice *Ribut* vocatur. Primarius caulis ulterius adscendit, binos tresve pedes longus & aphyllus. Huic insident copiosi oblongi flores, oblique supra se in vicem, more *Hyacinthorum*, formati ex multis angustis petalis, intricatis & circinnatis, coloris rufi, lutei, & albi.

Nullos profert, quantum novi, fructus, neque ex floribus neque ex radice. Raro obcurrit in solitariis silvis. Inferior caulis pars in magna specie tam firma ac solida est, ut pro baculis ambulatoriis adhiberi possit, sed superior pars præsertim tenerorum caulinum molle & album gerit cor instar *Palmae* medullæ, quo omnes fere incolæ ad Sajor utuntur, sed Amboinenibus nostris id ignotum est.

Vocavi eam *Globbam silvestrem floridam*, quum nil nisi raros proferat fructus, nullum habet usum, nisi qui supra memoratus est, nempe quod foliis Oryza cocta aliquando involvatur ob gratum quasi odorem. Flores etiam aliquando in Sajor coquuntur.

Præter *Globbam silvestrem* in Orientali Celebis ora, præsertim in regione Tambucco quatuor vel quinque inveniuntur species, quæ in hisce regionibus exoticæ sunt, primo nempe præcedens *Globba silvestris major*, quam *Osinibo* vocant, forte a nostra nil differt, ac cuius tenero corde seu *Palmyta* ad Sajor utuntur & coquunt. Secundo *Pana* in præcedenti Capite descripta. Tertio. *Sekala*, quæ minor est *Osinibo*, sed crassiora & glabriora gerit folia.

Ejus Hypophytum parvum est, uti in *Globba durionera*, sed nil profert nisi rubentes flores, qui frustra decidunt ac pereunt, contra ejus tenerum *Robong* seu tuber caudicis edule est Sajor, quod coquitur. Quarto. *Sulica* est *Globba repens*, atque hic & illic caules profert, qui folia gerunt instar *Ganda Juli*, sed glabriora.

Deze gelyken na 't Folium mensarium, drie voeten lang, ruim twee dwersbanden breed, beneden met een dikke ronde zenuwe, diewelke tegen het blad schijnt aan te leggen, en boven een smalle geute maakt, voorts is het dun, glad, met vele parallele dwers adertjes doorregen, diewelke by de kanten na vooren toe krom loopen, aan de bovenste zyde des blads met subtile ruggetjes, beneden subtile vooren makende, langs diewelke het blad ook ligt scheurt, gelyk een *Pisang*-blad.

Het opperste van den stam eindigt in een andere steel, ruim drie spannen lang, en een schaft dik, in ledien verdeelt, waar van ieder knopje een smal blaadje heeft, als een schuitje geformeert, met het bol na boven gekeert, van verwe donker-rood.

De agterste schuitjes zyn leeg, in de rift vindt men een plat schepzel, twee ledien van een vinger lang, beneden effen, boven ruig of schubagtig, en voor aan met een gedaante van een roode bloem, dog niet wyd geopent, aan 't agterste van dit schubagtige gewas groeit de regte vrugt enkeld, of zelden twee by malkander, en overeind staande, in de grootte van een Duiwen-ei, somtys wat driezydig, roodagtig, en met een kromme en geslotene bloem boven op, diewelke nooit afvalt.

Onder de buitenste wecke schellen vindt men een klomp van drie deelen gemaakt, een ieder van zwarte korrels als *Globbas* t'zamengezet, met een droog, smeerieg, en geelagtig merg behangen, onlieffelyk van smaak.

Naam. In 't Latyn *Globba silvestris major*, sive *Galanga mas*; in 't Maleis *Globba utan besaar*, of *Lancquas lacki lacki*. De Amboinenen confunderen 't met het voorgaande, en noemen 't *Annipa waccan* 't groote: een naam gemeen met *Bangle Malacca*; in 't Javaans *Pacolang*; op 't Macassars *Catimban*, gemeen met de voorgaande *Globba uviformis*.

Plaats. Het waft aan de randen van de ligte bossen, en aan de voet van 't voorste gebergte, zoo wel in Amboina als op Celebes.

Gebruik. Hier van is niets bekent, dan dat men de bladeren neemt, die nog heel en ongescheurt zyn, over 't vuur warm maakt, dat ze lynig werden, en daar in de gekookte ryft propt, in de gedaante van langwerpige kussens, diewelke men Pali pali noemt, gelyk men ze te koop brengt.

II. *Globba silvestris minor*, sive *Florida*, komt in wasdom met de voorgaande meest overeen, behalven dat de bladeren wat ydeler staan, en smalder zyn, de gemeene *Globba* gelyk, dog agter spitser toevallende, en dierbaar met het smalbladige Folium mensarium overeen komende, in 't Amboins *Rihut* genaamt. Den hoofdsteel loopt nog verder uit, twee of drie voeten lang, en zonder bladeren. Hier aan staan vele langagtige bloemen, schuins boven malkander, op de manier van *Hyacinthen*, gemaakt van veele blaadjes, die wat verwert en gekruld staan, van couleur ros, geel, en wit.

Het draagt geene vrugten, zoo veel my bekent is, nog by de bloeme nog uit de wortel. Men vindt het teweinig in eenzame bossen. Het onderste deel van deze stam aan de grote zoorte, is zoo styf, dat men 't voor wandelstokken gebruiken kan, maar het bovenste deel, inzonderheid aan de jonge stammen, heeft een week en wit bert gelyk een Palmiet, 't welk schier alle de Inwoonders tot Sajor gebruiken, maar by onze Amboinenen is ze onbekent.

Ik heb 't *Globba silvestris florida* genaamt, dewyl het niets dan rare bloemen voortbrengt. Het heeft geen gebruik, behalven die boven is gezegd, dat men in de bladeren somtys den gekookten ryft wind om eenigen goeden geur wille. De bloemen werden ook somwylen tot Sajor gekookt.

Behalven de voornoemde *Globba silvestris*, heeft men op de Oostkust van Celebes, inzonderheid in 't district van Tombuco nog vier of vyf soorten, diewelke in deze Landen vreemd zyn, namentlyk eerst de voornoemde grote *Globba silvestris*, diewelke sy *Osinibo* noemten, misschien van de onze niets verschillende, en waar van sy het jonge bert of *Palmyt* tot kook Sajor gebruiken. 2. *Pana* in 't voorgaande Hoofdstuk beschreven. 3. *Sekala* is wat kleinder dan *Osinibo*, maar heeft dikker en gladder bladeren.

Zyn *Hypophytum* is klein, gelyk aan *Globba durionera*, maar brengt niets voort dan roodagtige bloemen, diewelke voor niet met al vergaan, daar en tegen is het jonge Robong van den struik een kook Sajor. 4. *Sulica* is een kruipende *Globba*, brengt hier en daar steelen voort met bladeren als *Ganda Juli*, dog gladder.

In peculiari caule vagina excrescit, tres ac tres cum dimidio pedes alta, ex hac flos provenit ex purpureo rubens colore, minor Taratti, in ejus centro multi excrescent fructus instar viridis Globbae durionis, sed oblongiores, qui interne continent grana dulcia & edulia, circa pagos crescit. Quinto. Pada kanka, minor & repens Globba est, paulo altior Lampujang, vaga gerens folia, illis Lampujang quoque similia, sed quum tenera, parum lanuginosa sunt.

Supra folia longum gerit racemum, in quo rubentes flores in vaginis supra se invicem locantur, uti in Globba nostra utan, post eos rotundæ sequuntur baccae, minores Uvis, intus repletæ similibus granis, uti in cunctis Globbis, saporis fatui ac dulcis, quæ edi possunt, & in cunctis conceduntur morbis, in paludosis crescit locis, & magnum ibi obcupat spatum, unde & Globba repens, & Globba maraja vocari potest, in regione Maccassarense & Boegensi quoque nota est. Sexto. Globba subterranea, foliis ac caudicis magnitudine cum nostra Globba durioen convenit, supra terram nil proferens nisi folia & caules, sed sub terra tria quatuorve minora reperiuntur tubera, coadunata, magnitudine Globbae durioen, externe glabra & albicans, interne simili granulosa carne repleta, quæ saporis est fatui & edulis, in anterioribus reperitur montibus, ubi solum lapillis mixtum est, si locus talis mundatur circa hortos.

Notandum est, Catimban apud Maccassarenses commune esse nomen omnium silvestrium Globbarum, exempli gratia major silvestris Globba ipsis proprie dicitur Catimban besaar, & tantummodo Catimban. Globba durioen ipsis vocatur Catimban durioen, Globba uviformis dicitur Catimban kitsjil, sed proprie Ladja loboe, seu Lanquas globba, quum mixtam habet formam & qualitatem Lanquas Malacca & Globbae. Haec copiose crescit in Boetona, & circa Bantynam in Celebis parte Zephyrea. Ejus radices parum aromaticæ sunt, ipsarumque decoctum adhibetur contra alvi fluxus albos & rubros.

Sic itaque jam luxuriosas enumeravimus Globbae varietates, quarum una nempe fructus profert sub terra, secunda mox supra eam, tertia ex ventre seu caudicis medio, quarta in caudicis vertice, quinta nil nisi flores gerens, sexta peculiari in caule ingentem formans florem, atque in eo multos fructus, ac porro omnes haec species cum Galanga & Cardamomo ita permiscentur, ut varias hic non descriptas insuper forment species ac varietates.

#### Tabula Sexagesima secunda

Globbam silvestrem majorem exhibet, ob altitudinem dissectam, cum ejus laterali planta juniore.

#### Tabula Sexagesima tertia

Globbam silvestrem minorem denotat, ob altitudinem dissectam, cum ejus racemo ex spatha florifero A, & fructifero separato B.

Op een byzonderen steel komt een schede, drie en drie en een halve voeten boog, hier uit werd een purper rode bloeme, kleinder dan Taratti, in't midden derzelver grojen vele vrugten, gelyk groene Globbas durioen, dog langwerpiger, binnen met zoete eetbare korrels, 't groeit omtrent de Negoryen. 5. Pada kanka is een kleine en kruipende Globba, wat hooger dan Lampujang, met ydele bladeren, die van Lampujang ook eenigzants gelyk, dog de jonge zyn wat volagtig.

Boven de bladeren draagt het een langeren tros, daar aan roodagtige bloemen in laadjes boven malkander staan, gelyk aan onze Globba utan. Na dezelve volgen ronde beziën kleinder dan Druiven, binnen gevult met diergeleyke korrels als alle Globas, lafzoet van smaak, bekwaam tot eten, en een geoorloofde ververzing in alderbande ziekte, het groeit in moerassige plaatzen, en beslaat een grote plaats, daarom mag men het Globba repens of Globba maraja noemen; in't Maccajaarse en Boegisse district is 't mede bekent. 6. Globba subterranea, is aan bladeren en boogte des stams ons Globba durioen gelyk, boven de aarde niets dragende dan steelen en bladeren, maar onder de aarde vindt men drie en vier knollen by malkanderen, in de grootte van Globba durioen, van buiten effen, en witagtig, binnnen met diergeleyke korrelig vlees vervult, 't welk laf van smaak en eetbaar is, men vindt het in 't voorste gebergte, daar 't wat kraalsteenig is, als men die plaats schoon maakt om de tuinen.

N. B. 't Staat te merken, dat Catimban by de Maccajaren een gemeene naam is van alderbande wilde Globbas, by exempl. De groote wilde Globas noemen ze eigentlyk Catimban besaar, en slechts Catimban. De Globba durioen heet Catimban durioen, de Globba uviformis heet Catimban kitsjil, maar eigentlyk Ladja loboe, of Lanquas globba, dewyl 't een gemengde fazen, en eigenchap heeft van Lanquas Malacca, en Globba. Dit groeit veel op Boeton, en omtrent Bantyn op Celebes Zuidzyde. Zyn wortelen zyn wat speceryagtig, en baar Decocatum werd gebruikt tegens witte en rode buikloop.

Zoo hebben wy dan nu vertoont de weelderige veranderingen van de Globba, te weten, dat de eene haer vrugten onder de aarde voort brengt, de tweede kort boven de aarde, de derde uit den buik, of midden des stams, de vierde boven op den top van den stam, de vyfde niets dan bloemen dragende, de sesde op een byzonderen steel een grote bloem, en daar in vele vrugten, en dan loopen alle deze soorten met de Galanga, en Cardamom zoo door malkanderen, dat ze nog verscheide bier niet beschrevene soorten maken.

#### De twee en Sestigste Plaat

Vertoont de groote wilde Globba, om zyn hoogte doorgesneden, en een jong plantje aan de zyde gestelt.

#### De drie en Sestigste Plaat

Vertoont de kleine wilde Globba, om deszelfs hoogte doorgesneden, met deszelfs bloemdragende tros A, uit de schede, en de vrugtdragende tros B afzonderlyk.









